



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117824

§. 22. Concilium Toletanum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66066)

iisque in famis periculo magnam anno-Sæculum VI.
 næ copiam subministraverit. A. C. 531.

§. XXII.

Concilium Toletanum.

Sedente Bonifacio Concilium Toleti to. 4. p. 1734.
 anno quinto Regni Amalarici æra 565.
 sexto Kal. Jun. id est 17. Maji anno 531.
 celebratum. Huic Concilio Montanus
 Episcopus Toletanus præfuit, cui quin-
 que alii Episcopi aderant. Quinque Ca-
 nones conditi, quorum primus Intersti-
 tia Ordinationum notat in hunc mo-
 dum: *Pueri, quibus Parentes Ordinem
 Clericorum destinant, primum tonsuren-
 tur, & Ordini Lectorum inserantur, ut
 in ædibus Ecclesiæ præsentate Episcopo ab
 illo, qui præfectus fuerit, erudiantur.
 Postquam annum decimum octavum exple-
 verint, eos Episcopus præsentibus Cleri-
 cis & populo interrogabit, an velint u-
 xorem accipere, non enim hos juvenes
 libertate ab Apostolo concessa privare pos-
 sumus. Si libere promittant, continen-
 tiam se servaturos, (*) anno ætatis vige-
 simo Subdiaconi, & anno 25. exacto Dia-
 cono ordinabuntur. Si uxores habeant,*

Gg 3

(*) Aus diesem erhellet wiederum, wie unge-
 schickt unser Uebersetzer die Rede des Bischoffes
 Paphnutius in dem Concilio Niceno wider die
 Katholicken angezogen.

Sæculum VI. *Et matura ætate continentiam servare*
 A.C. 531. *consentientibus uxoribus promittant, ad*
 c. 2. *Ordines Sacros admitti poterunt. Ta-*
les unius Ecclesiæ alumni ad aliam Ec-
clesiam transire non possint, durum quip-
pe est, ut Episcopus Confratri suo au-
ferat juvenem, quem maxima cura ex in-
fantia sorditie & rusticitate extraxit.
 Cæteri hujus Concilii Ganones confir-
 mant alios antiquiores de Continentia
 Clericorum, de Bonorum Ecclesiastico-
 rum conservatione, & Matrimonio inter
 propinquos, cujus impedimentum ad om-
 nes gradus extendunt, quamdiu ali-
 qua affinitas cognosci possit.

Præter Episcopos quinque, qui huic
Synodo interfuerant, & alii duo, nempe
Nebridius Egariensis, & Justus Urgel-
ensis, qui tardius Toletum venerant,
subscripsere. Hi Fratres Germanierant,
habebantque duos alios Fratres etiam
Episcopos, quorum Ecclesiæ non nomi-
nantur. Omnes quatuor aliqua opera
litteris mandarunt, sed eorum nihil
amplius nobis superest, nisi Cantici
Canticorum explicatio Justi Urgellen-
sis, cujus memoriam Ecclesia 28. Maji
honorat.